



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

21. Quid sit de illorum, qui consecrant tantum speciem vini?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QUÆSTIO XXI.

*Quid sit de illorum, qui consecrant tantum
speciem vini?*

Quæstionis explicatio.

CAsus est talis: Est peste infectus agognans, qui nocte mittit ad pastorem pro habendo viatico: nunciatur vero pastori, ægrum propter oris & linguae siccitatem, nec non gutturis inflammationem vel tumorem, nihil posse omnino deglutire, præter liquidum: cum autem pastor non habeat otium celebrandi sacram, tum quia nox est intempesta, tum quia æger morti proximus esse dicitur, ipse consecrat vinum, & ægro sumendum porrigit; quid de hoc modo conficiendi & ministrandi censendum est?

Responsio.

Hic modus reprobandus est sicut pri-
or. Et probatur ex iam dictis, quia mutilum & imperfectum reddit sacrificium, quod non potest non esse Deo, cui illud offeratur, iniuriosum: unde & (a) D. Thom.
vocat *immane sacrilegum*. Et Concil. Tolet. contra huiusmodi consecrantes, excomu-
nicationis sententiam tulit.

Dices

a D. Thom.
3 p. q. 64.

Dices. Potestnè ergo species vini sine specie panis consecrari? Ratio dubitandi est, quia Christus non prius consecrauit calicem quam panem, consecratio ergo vini, præsupponit consecrationem panis.

R. Ex hoc Christi exemplo & vsu Ecclesiæ colligi, hunc ordinem esse præceptum, à Zuar. in 3:
vt recte notauit (a) Zuares, quod etiam re- part. D. Thó.
bus ipsis consentaneum est, quia cibis cer- disp 75. sect.
to ordine antecedit potum: non est tamen 6. §. Sed qua-
hic ordo essentialis. Quocirca si sacerdos ret aliquis,
ex malitia prius consecraret vinum quam pa-
nem, vel solum vinum, sine dubio consecra-
tet, quia unius speciei consecratio non pen-
det ex altera; ergo minus pendet essentiali-
ter ex ordine, quamvis graue esset sacrile-
gium; vt iam dictum est.

Dices. Incurritnè censuram aliquā vel
pénam, qui consecrat tantum alteram spe-
ciem, seu panis seu vini?

R. Secundum (b) Maiolum, præter ex- b Lib. 3. de in
comunicationem, de qua ante, incurrire reg. c. 26. n. 5.
irregularitatem, quia, inquit, cum aperte ab-
utatur post estate sacerdotali, indignus videtur po-
testate illi competenti; sicut secundum (c) An- c Tractat. de
thonium incurrit irregularitatem sacerdos cens. &. irreg
ille, qui prohibitus dicere missam, sine illa c. 87. v. Ter-
conficit corpus Christi. Sed non satis soli- tio nota, c. 1.
de hoc asseritur, cum nulla sit agnoscenda de cler. excō.

Z irregu-

irregularitas, nisi iure exprimatur. Neque simile est, quod ex Anthonino adiungitur, qui enim suspensus est à celebrando, hoc ipso suspensus est à consecrando, ac proinde, si consecret, irregularitatem incurrit, usurpando actum à quo suspensus est. At in priore casu non supponitur suspensus, sed solum potestate sacerdotali abusus; nō autem propter solum abusum potestatis irregularitas incurritur, nisi iure exprimitur.

Q V A E S T I O XXII.

Quid sit de illorum, qui consecrant in Missarum speciem, sed ministrant et gro tantum speciem vini?

Quæstionis explicatio.

Eccllesia grauissimis ex causis adducta, usum calicis in administratione huius sacramenti omnibus inhibuit, præterquam sacerdotibus sacrificiis, ut patet ex Cœiliis, (a) Constantiensi & (b) Tridentino, quod aperte dicit, Ecclesiam decreuisse, consuetudinem communicandi sub specie panis pro lege habendam: Nihilominus accidit saepè tempore pestis, ut veniat viaticum dandum

a Seff. 13.

b Seff. 2. c. 2.

illis